Lane Medical Library

DE

INFLUENTIA,

HIEME A. 18$\frac{36}{37}$ GRYPHIAM TENUIT.

DISSERTATIO

NAUGURALIS MEDICA,

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

ATIOSI MEDICORUM ORDINIS

IN

NIVERSITATE LITERARIA GRYPHICA

PRO SUMMIS

EDICINA ET CHIRURGIA NEC NON

RTE OBSTETRICIA HONORIBUS

MENS. OCTOBRIS A. MDCCCXXXVII

H. L. Q. S.

PUBLICE DEFENDET

AUCTOR

CAROLUS KOEHLER

LUBBENA-LUSATUS.

OPPONENTIBUS:

F. BERNDT, MED. ET CHIR. CAND.

M. BOLLE, MED. ET CHIR. DRD.

A. HESS, MED. ET CHIR. CAND.

GRYPHIAE,

FRID. GUIL. KUNIKE, REG. ACAD. TYPOGR.

VIRO

ILLUSTRISSIMO, ERUDITISSIMO,

AMPLISSIMO,

. A. G. BERNDT,

UTRIUSQUE MEDICINAE DOCTORI,
INIS DE AQUILA RUBRA CLASSIS QUARTAE EQUITI,
ENTISSIMO BORUSSORUM REGI A CONSILIIS ME-
IS INTIMIS, MEDICINAE PRACTICAE, ARTIS OB-
TRICIAE PROFESSORI PUBLICO ORDINARIO, CLI-
I MEDICI ET OBSTETRICII GRYPHISVALDENSIS NEC
SCHOLAE MEDICO-CHIRURGICAE DIRECTORI,
IAE ACADEMIAE MEDICAE, QUAE IN GALLIA FLO-
, FACULTATIS MEDICAE PESTHINENSIS, SOCIE-
IS DOCTRINARUM CHEMICARUM ET PHYSICARUM,
ICULTURAE ET INDUSTRIAE FRANCOGALLICAE,
ICORUM SUECICORUM HOLMIENSIS, MEDICORUM
ENSIUM AD PROMOVENDAM MEDICINAM FORENSEM,
IETATIS MEDICAE LUGDUNENSIS, DIVIONENSIS ET
IENSIS, MEDICO-CHIRURGICAE HUFELANDIANAE
OLINENSIS, PHYSICO-MEDICAE ERLANGENSIS, SO-
TATIS AD PROMOVENDAM ARTEM MEDICAM, QUAE
ORUSSIA FLORET, OECONOMICAE MARCHICAE ETC.
TC. SODALI VEL HONORARIO VEL ORDINARIO,

AECEPTORI AESTUMATISSIMO,

FAUTORI SUMMOPERE COLENDO

HASCE

LITERARUM PRIMITIAS

PIO GRATOQUE ANIMO

D. D. D.

AUCTOR.

P r o o e m i u m.

legibus academicis, ſecundum quas cui-
:, qui aſſequi vult ſummos in medicina et
ırgia honores, diſſertatio inauguralis eſt
cribenda nec non publice defendenda, ſatis-
mus, influentiam, quae hieme anni 18$\frac{36}{37}$
ohiam tenuit, quaſi recentem diſſertationis
isputationis materiam et viribus et ſtudiis
mmodatam eligendam eſſe putavimus.
d argumentum ſi, neque plane ut in mente
complexi fuerimus, neque exſpectationi
e ſatisfecerimus, Tu, B. L., quae tua eſt
anitas, et viribus et temporis rationi eam,
ı petimus, veniam lubentiſſime dabis.

I. *Pars prior generalis.*

---

§ 1.

Prolegomena.

Mutationes graves vitae totius mundi, rum vera et intima natura nobis ignota eſt, rumque fontes mens humana huc usque no lum non poteſt cognoſcere, ſed in quarum tes adeo vix conjectura humana penetrat; tationes, quae vi efficaciſſima totum genus manum afficiunt, ita ut proprium univerſae letudinis ſtatum ſtatuant, diſpoſitionem c munem ad morbos quosdam pariunt. Mo qui ex hac per majorem hominum numerum vulgata diſpoſitione prodeunt, qui plures h nes cujusdam regionis aut partis majoris m ſimul corripiunt, epidemici (ab ἐπὶ et δῆμ ἐπιχώϱιοι vocantur. Hic vero genius morbo epidemicus non ſolum homines ad morbos q dam procliviores reddit, ſed etiam ut m omnes proprium characterem induant, non efficit. Quos morbos epidemicos magni menti non ſolum in genus humanum, ſed et in hiſtoriam mundi eſſe nemo negabit; qui q evolutiones ſint, quibus mens humana in di ſiſſimas partes excitatur. Animi affectio, c tandi ratio totius ſaeculi ſaepe ex morbis gnantibus prodierunt, nam nihil eſt apt quod homines ad bonum aut malum procli reddat, niſi periculum commune, niſi mors

Animus hominum liber fit, a vinculis
atur et pari modo amor et odium, fanati-
et quaevis animi exaltatio fe movent et
amenta mundi labefactant. Quibus cum
bus motibus res geftae intime cohaerent et
ex viribus crudis, ex communi mentis ftatu
prodierunt. Redeamus tamen ad rem.
emias ex communi hominum difpofitione
, fed qualis fit haec difpofitio, ex quibus re-
originem ducat nobis ignotum effe jam di-
is. Attamen generatim morbi epidemici
ad originem eorum adtinet inter fe diffe-
, prout fcilicet ex contagio, aut ex confti-
ne ftationaria, annua et tempeftatis prod-
. Non omnes morbi epidemici fimul conta-
funt, et complures morbi contagiofi magis
idice homines corripiunt; paffim tamen
bi epidemici contagium gignunt et hocce
agio magis divulgantur, aut morbi conta-
rebus aptis juvantibus ad veram epide-
n accrefcunt. Morbus epidemicus eo faci-
contagium gignit, quo gravior morbi ve-
entia eft, quo magis in totum proceffum
tativum organismi penetrat et proprium
morphofis organicae typum procreat, ex
fpecificum morbi femen oritur, quod alios
nismos inficit. Nam contagium eft produ-
morbi, femen morbi maturatum, quod
bum ab altero ad alterum hominem trans-
Sicuti vero morbi epidemici contagium
ere poffunt, fic morbi quoque contagiofi in
emias excrefcere poffunt, et quidem eo,
l contagium tale eft, quale facilius aeri
ofphaerico fe infundat, quod aer atmo-
ericus talis eft, qualis facilius contagium

accipiat et refervet, quod character conftitu
nis epidemicae talis eft, ut receptivitas h
num pro contagio quodam adaugeatur, c
denique confuetudo hominum fanorum et ae
torum frequens eft.

§. 2.

De influentia generatim.

Omnium morborum epidemicorum in
entia fortaffe frequentiffimus eft. Nomine i
entiae indicatur morbus fpecificus, epide
graffans fub fpecie morbi univerfalis febril
mulque affectionis localis, omnium fcilice
nicarum mucofarum totius corporis, quae
ctio localis praeter fubinflammationem tun
rum mucofarum etiam nervorum in his diff
rum paffionem peculiarem oftendit.

Nomina morbi permulta funt, veluti:
fluenza, Spanifcher Ziep, Pips, Schafhu
Morbus vervecinus, Galanteriekrankheit, Co
luche, Baraquette, Génerale Grippe, Coqu
Follette, Catarrhus epidemicus, le grand rhu
Ruffifcher Catarrh, Frühlings-Epidemie, Epi
fcher Huften, Blitzkatarrh u. f. w. u. f. w.

Quaenam influentiae fit origo, quae c
occafionalis, ardua eft profecto quaeftio
praefenti litterarum ftatu. Quamquam e
omnes fere medici eo conveniunt, aerem
fam imponderabilem epidemiae hujus co
nere, epidemiamque coelo magis variabili,
morbum erumpentem frigidiori oriri et a
rere, difficillimum tamen eft explicatu, cur
femper tali coelo influentia progrediatur; a
difficillimum intellectu, quali peculiari m

aeris ad procreandam influentiam opus sit.
magis explicari potest, cur epidemia coelo
a sereno facto et saepius nullum aeris statum
ciens eadem vehementia et vi cursum suum
verit; cur loca locis morbo affectis pervicina
aro, cur adeo partes singulae unius ejus-
ue urbis, quod ex. gr. Parisiis observatum
plane a morbo liberae manserint. Quan-
is vero studii in perquirenda aeris consti-
ne a temporibus perantiquis usque ad hoc
us collocatum sit, semper tamen scrupuli
agni relicti sunt. Sententias vero et opi-
s a nonnullis scriptoribus de causa influen-
propositas hic referre nobis liceat. Medici
m influentiae partim peculiari in qualitate
atmosphaerici, partim in miasmate speci-
n aere contento requisiverunt.

Sic Crato [1]) et Mercurialis aerem putrescere,
ymus apud Riverium [2]) et medici gallici
pid. anni 1782, quos Grant [3]) refutat) aeri
ta inesse, alii (in epid. anni 1775) nebulas
miasma continentes, Loew [4]) exhalationes
uricas aliasque noxias in aere, Seigneux
rias salsas et nitricas, Büchner [5]) exhala-
s sulphuricas, Huxham [6]), Juch et Wei-
[7]) quandam materiam causticam aeri inesse,
propriam aciditatem in organismum in-

Cratonis a Kraftheim consil. et epist. medic. ed.
Scholz. Francof. 1595. Lib. II. p. 234.
Laz. Riverii opp. Lugd. Bat. 1663. Fol. cum ap-
pendice Anonymi.
l. infra cit. — 4) l. infra cit. — 5) l. infra cit.
Huxhamii opp. physſ. med. T. I. p. 370.
Baldinger's Magazin, Bd 4. St. 3.

ferat, Crell [8]) majorem oxygenii quantita
et electricitatem adauctam, Moſt [9]) item ae
hyperoxygenatum, quae oxygenii quantita
Sibiria oriatur, Eckhoff [10]) oxygenium in
adauctum cauſam influentiae ſtatuunt. Alii
ter judicant. Sic putat Baco de Verulam
catarrhum ex frigore eo oriri, quod imp
quem frigus in partes corporis externas exe
humorum effluxum ex partibus internis, ſi
ex ſpongia, cum qua organismum comp
efficiat. Morgagni [12]) eurum peculiarem in
tarrhos pariendos vim habere dicit, Zimm
mann [13]) boream accuſat. Alii vim luna
cometarum advocant. Metzger [14]) quan
aeris pravitatem ſtatuit, ita tamen ut haec
vitas non ad aerem ipſum ſpectet, ſed ut
ſolummodo hujus morbum efficientis pravit
vehiculum ſit. Stark [15]) item miasma, ſi
vero coeli quoque mutationes et miasma fe
intermittentis miasmati par eſſe ponit. Vogel
cauſam morbi in peculiari nobis ignota a
qualitate, quae ſimul contagium divulget,
quirit. Hecker [17]) quasdam materias irrita

---

8) Cfr. Languth. l. infra cit.
9) Moſt, Influenza Europaea, Hamburg 1820. p. 1
10) Cfr. Metzger l. c.
11) Opp. omn. (Hiſtor. ventor.) p. 450.
12) Morgagni de ſedibus et cauſis morborum, e
XIII. art. 4. p. 98 ſeq.
13) Cfr. Moſt l. c. p. 135.
14) l. infra cit.
15) C. Stark, Diſſ. de catarrho epid. anni 1782.
gunt. 1784. p. 19.
16) Vogel, Handbuch der Arzneikunde. Stendal 1
Th. 2. S. 207.
17) Cfr. Moſt l. c. pag. 135.

inesse dicit. Cullen [18]) causam in contento
re miasmate, cujus qualitas non accuratius
ribi possit, et in contagio ex corporibus
otorum nascente requirit. Consbruch [19])
im perfrigerationem, partim miasma irri-
specificum, Watson [20]) vim accessus maris
sat. Grant [21]) catarrhum epidemicum eo
liis morbis epidemicis discerni, quod magis
ropinquo axis oriatur, dicit. Alii quidem
am aeri inesse censent, peculiarem tamen
itatem ejus non se cognoscere aperte pro-
itur; alii terrae motus accusant; alii ex solis
i mutationibus influentiam originem ducere
int; tamen jam Sydenham quodcunque coe-
quamcunque epidemiam comitari posse
memorat. Gruithuisen [22]) causam in aethe-
in aerem atmosphaericum incursione ponit,
eo, quod oxygenium ejus facilius ab azoto
eparet, influentiam gignat. Nuperrime [23])
um hanc sententiam protulit, adjiciens epi-
iiam ibi primo oriri, ubi effluvies terrestres
bo formam dare possint, in quoque coeli
itu solummodo contagio suo divulgari et
quoversus pervenire, ubi dispositio nova
stitutione morbosa aut longo temporis spatio
dum sit extincta. Ebel [24]) miasma ex aere

---

3) Cullen, Arzneikunst. Bd 2. S. 590.
)) Cfr. Most. l. c. pag. 136.
)) Cfr. Watson in London philosophical Transactions.
Vol 52. P. 2. p. 477.
.) Abhandlungen f. pr. Aerzte. Bd 10. St. 2. S. 247.
2) Analekten aus der Erd- und Himmelskunde. Bd 1.
München 1830. Hft 5. S. 15 ff.
3) Medicinisch-chirurg. Zeitung. No. 36.
4) l. infra cit.

atmoſphaerico ortum, quod contagio in homi ipſo genito dimanet, cauſam ponit. Spr gelio [25]) turbatam rationem electricitatis atm ſphaericae in popularibus catarrhis accuſand eſſe placet. Haec Sprengelii opinio certe att tione digna eſt, neque ab omni probabilit abhorret. Koch [26]) hanc opinionem profe coelo inter calidum, ſiccum et humidum m tante calcium carbonicum, quod per totam te ram ſit disperſum, diſſolvi et ita illam aeris mosphaerici qualitatem, quae in conclavib recens dealbatis ſit ac facillime catarrhos gnere poſſit, progredi.

Semper fuit controverſia, num influenti fundamentum contagium an miasma ſit, attam argumenta ab uno alterove prolata, ut ſente tiam ſuam defenderet, hic omittere nobis lice Qui accuratius haec intelligere vult, confer Gluge l. l. p. 121 et 122.

Quas omnes opiniones ſi comparamus, e ad cauſam ſatis probandam influentiae non ſu ficere videmus. Attamen certe longum per te pus haec controverſia perdurabit et uti omniu epidemiarum cauſae obſcurae ſunt et diu erun ſic influentiae quoque.

Morbum originem ex aere atmoſphaeric ducere, non poteſt dubium eſſe; eum conta gium etiam gignere eoque divulgari poſſe, vald veriſimile eſt. Specialem naturam illius cauſa atmoſphaericae ceteroquin non magis quam co

---

25) Sprengel, Kurt, Inſtit. medic. Patholog. ſpecia tom. IV. Amſtel. 1814.

26) Koch, Die Grippe, ihre Entſtehung u. Behandlungsa nach homöopathiſchen Grundſätzen. Stuttg. 1836.

i cognovimus. Mutationes coeli et tempe-
rae ſolas ad influentiam procreandam non
cere apparet; num vero fortaſſe propria che-
a aeris mixtio una cum propria electricitatis
oſphaericae ratione accuſanda ſit, etiamſi
ſimile eſt, tamen plane probari non poteſt.
Locum remotiſſimum, usque ad quem ori-
m influentiae conſequi poſſumus, Chinam
nimus. Quamobrem nonnulli [27]) poſuerunt,
ientiam in China oriri et ab hoc loco per
ſiam progredi. Alii [28]) Sibiriae agros nivo-
influentiam gignere credunt. Certi aliquid
poteſt ſtatui.
Memoratu digniſſimum est, influentiae epi-
nias ſaeculis prioribus usque ad epidemiam
i 1580 ſemper ab regione occidentali ad ori-
ilem, poſtea omnes a regione orientali ad
dentalem progreſſas eſſe. Iter, quod epide-
e fecerunt, ſemper tale fuit, ut aequaliter
c directionem ſequerentur, non regrederen-
ſed patulis ramis diffuſae gradatim terrae
iiſphaeria permigrarent. Spatium temporis,
opus eſt, ut epidemia totam Europam tentet,
iter annus eſt. Unde hoc fiat, difficillimum
intellectu. Influentiam impetum aeris, qui
verſionem terrae globi comitatur, atmoſphae-
ſequi ſumi non poteſt; nam hunc impetum

) Transactions of the medical ſociety of Calcutta. Vol. VI. p. 358.
) Sic Moſt, qui ſimul miram ſententiam profert, influentiae epidemias quoque viceſimo anno redire. Hoc non ita eſſe, non ſolum hiſtoria epidemiarum docet, (quamquam Moſt propriam, quae ſententiam ſuam probet, hiſtoriam fingit), ſed jam ex ultimis ſex annis quoque elucet.

aeris ante ſaecula tria eundem fuiſſe, quem nun necesse eſt. Qualis ergo eſt cauſa hujus rei? (haeretne cum electricitatis aut magnetismi ſta universo an non? Hoc eſt aenigma, quod fo taſſe nunquam ſolvi poterit et pro praeſenti lit rarum ſtatu ſcire nos hoc ita eſſe ſufficiat nob neceſſe eſt.

§. 3.

Hiſtoria influentiae.

Quamquam de influentia ſcriptores medic rum antiquorum ſcripta perquirentes hunc mo bum jam perantiquis temporibus genus hum num tentaſſe invenerunt, tamen modo e ſcript ribus recentioribus epidemias influentiae re ve fuiſſe ſatis elucet. Quae Hippocrates libro morbis epidemicis ſeptimo refert, nihil proban nam eodem jure, quo influentiae, fere omniu morborum veſtigia in ejus ſcriptis inveniri po ſunt; item quae epidemiae annorum ante C. 415, poſt autem 591, 827, 876, 927, 1173 ſcriptoribus commemoratae ſunt, num re ve influentiae fuerint an non, non poteſt ſatis diſcer Attamen ex eo quod teſtimonia de influenti epidemiis non exſtant, influentiam prioribus tem poribus non graſſatam eſſe eamque quaſi mo bum novum poſt modo demum ortam eſſe no poteſt conjici, et ſi epidemias primas ſaecul quarto decimo exſtitiſſe dicimus, ſolummodo ho dicimus, ſcripta virorum doctorum ex his mod temporibus prima certa veſtigia hujus morbi le vaſſe. Auctore Gluge[29]), qui multa cum dil

29) l. infra cit.

ıtia et ſagacitate libros perſcrutatus eſt, et
'a a veris disjunxit, (ut ſemel hunc nobis du-
ı eſſe profiteamur et plagii crimen a nobis
rtamus), varias epidemias breviter referemus.
Saeculo quarto decimo influentia annis 23,
et 87 Italiam, quinto decimo annis 5, 11,
et 27 Galliam Italiamque tentavit. De qui-
ı epidemiis libri tam ſunt pauci exiguique, ut
uentias quidem fuiſſe majore aut minore cum
iſimilitudine, ſed vix quidquam amplius, ſta-
poſſit.
Epidemiae ſaeculi ſexti decimi jam a pluri-
; ſcriptoribus deſcriptae ſunt: anni 10, quae
Africa per Italiam, Hiſpaniam, Galliam, Ger-
niam et Britanniam pervagata eſt; anni 1557,
ıe primo in univerſam Galliam, inde ad totam
ɔpemodum Europam eſt pervagata, ſubito
ltos homines tentavit, tamen benigna fuit.
reſtus [30]) commemorat, influentiam aliquoties
ɔrtus effeciſſe et Anonymus apud Riverium de
loribus renum loquitur; anni 1580, quam to-
n fere terrarum orbem pervagatam eſſe, et
ıe ceteris epidemiis eo excelluiſſe, quod cum
ıementiſſimis capitis affectionibus, otalgiis et
tidibus, parotitidibus interdum exitum leta-
n haberet, in univerſum tamen benignam fu-
ſcriptores referunt; anni 1593, quae epide-
ae anni 1580 ſimillima per totam fere Europam
extendit [31]).
Saeculi ſeptimi decimi epidemiae ſunt: anni

---

0) Foreſti obſerv. med. lib. VI. p. 150.
1) Cagnati de Tiberis immundatione med. disp. de epid. Rom., quae a. 1591, et de altera, quae 1593 urbem Romam invaſit. Romae 1599.

26, quam ex paucis de ea ſcriptoribus benigna fuiſſe et Italiam invaſiſſe tantummodo ſcimu anni 58 epidemia benigna regnavit; anni 75 epi demia late propagata eſſe videtur, tamen praet Sydenhamium [32]) nullus alius ſcriptor eam per culoſam fuiſſe refert. Peu [33]) foeminas gravid morbum valde affeciſſe et multas lactorrhoeis haemorrhagiis necaſſe commemorat. A. 1693

Saeculi octavi decimi anno 9 epidemias a fuiſſe dicunt, tamen num influentiae an me'a febres catarrhales ſive rheumaticae fuerint d bium eſt. Anni 1712 epidemia magnam exte tentionem in Germania et Italia nacta eſt et qu dem eximia cum celeritate multos homines co ripuit, ita ut paucis domiciliis parceret; omnin tamen benigna fuit. Anni 1729, quae ſecuta e epidemia, non ſolum magnam extenſitatem, ſe etiam, licet raro, intenſitatem periculoſam acce piſſe videtur. In foeminis non raro lactorrhoea et abortum effecit, aliosque morbos in deteriu mutavit. Loew [34]) et Buechner [35]) animal quoque ſimul aegrotaſſe narrant et quidem tu bationibus capitis, quae epiſtaxi, vomitu et di arrhoea ſinitae ſint. Anno 1732 — 33 epidemi fere per totum terrarum orbem graſſata eſt, ſimu Germaniam, Angliam et Americam obtinuit e eo conſpicua fuit, quod interdum vomitus, in terdum diarrhoea, adeo ſanguinem trahens, ac ceſſit, ac morbus homines non raro pneumoni

32) Sydenhamii opp. ed. Kühn. Lipſ. 1827. p. 210.
33) Peu la pratique des accouch. Paris 1694.
34) Loew, Deſcr. febr. cat. an. 1729 in Sydenhami opp. Genevae 1757. II. 40.
35) Buchner, miſcell. phyſ.-medic.-math. an. 1729 Erfurt 1733. Idem an. 1730. Erfurt 1734.

eremit, otalgias, ulcera in auribus et deliria vocavit. Ceterum tamen benigna fuit [36]). — ae ſecuta eſt epidemia annorum 1742 — 43 ltos homines lecto affixit, quum innumerabi- ſimul morbo corriperentur. Quamquam in verſum benigna fuit, tamen interdum pneu- nias cum magna dyspnoea conjunctas et ſeni- iisque, qui jam antea aegrotaverant, letales vocavit. Huxham [37]) etiam non raro in fe- m tertianam transiiſſe morbum memoriae tra- . Nomen influentia hac in epidemia primum ıibitum eſt. — Epidemia, quae graſſabatur ıo 1758, num longe ſe extenderit an non du- m eſt; fere omnes pervaſit domos ſine ullo crimine, tamen malignitate prae aliis non ex- luit. Redmann in Scotia ſemper obſtructio- n alvi et taedium, Simſon in puerperis dua- s haemorrhagias uteri obſervavit [38]). — Anni 62 epidemia Indiam, Americam, Germaniam, ſpaniam, Italiam, Angliam invaſit et tam be- na fuit, ut apto regimine adhibito ſine ullo dicamento morbus ipſe evaneſceret et ſolum erdum ſenibus aſthmaticis et phthiſi laboran- us mortem afferret [39]). — Anni 1767 epide- am tam multos homines, ut paucis parceret,

---

6) Storch, Diſſ. de morbo epid. cat. hieme graſſato necdum ceſſante. Enchuſ. 1733. — v. Swieten, conſt. epid. Viennae 1782.

7) Huxhamii, opp. ed. Haenell. Lipſ. 1829. p. 83.

8) Robert Whytt und Andre, Med. Bemerkungen einer Geſellſchaft von Aerzten in London. Aus dem Engl. Bd 11. S. 164 u. 166. Altenburg 1764.

9) Mertens, Diſſ. exhib. epid. Vienn. obſerv. febr. cat. etc.

infantes tamen non adiiſſe Grimm [40]) narrat. E
Germaniam, Americam, Angliam, Galliam
Hiſpaniam tentavit. — Annis 1775 — 76 iteru
epidemia apparuit. Aegroti, qui febre caru
runt, magis correpti fuerunt, doloribus artuu
et in regione renum, angina laborarunt et inte
dum dyſenteria morbum ſecuta eſt; in nonnul
apparuerunt maculae rubrae, ſcarlatinae ſimil
ulcera et veſiculae in cute. Degeneratio
morbi vulgares fuerunt, interdum influentia i
febrem intermittentem transiit. Debilitati n
raro permagnae relictae ſaepius remediis rob
rantibus ſuccurrere neceſſe fuit. Lorry ſudore
male olentem et fluore albo laborantes mitiu
gravidas gravius aegrotare, foeminas, quibu
menſes fluxerunt, convulſionibus laborare vi
dit [41]). — Quae ſecuta eſt epidemia anni 178
fortaſſe prae omnibus non ſolum extenſitate, ſe
etiam intenſitate excelluit. Menſe Septembr
a. 1780 in finibus Chinae erupit et m. Septb
a. 1782 fere totum terrarum orbem pervagat
erat. Gryphiam m. Martio a. 1782 tentavit
Symptomata et decurſus morbi in univerſum ea
dem fuerunt, quae in aliis epidemiis. Morbu
quidem qua talis, et ſi degeneratus ſeu aliis mor
bis, qui vitae periculum afferrent, conjunctu
non fuit, mortem nunquam adduxiſſe dicitur, e
quamquam nonnulli medici phthiſin ſecutam eſſ
cotendunt, alii tamen hoc negant, niſi aegrot

---

40) Grimm, Sendſchreiben an A. v. Heller von der Epi
demie zu Eiſenach ꝛc. Hildburgshauſen 1768.

41) B. Lentin, Denkwürdigk. betreffend die Luftbeſchaffen
heit ꝛc. in Clausthal 1774—77. Aus dem Lat. Han
nover 1800.

antea phthifi aut difpofitione ad phthifin la-
ıviffent, non accidiffe dicentes mortem; Sim-
ıs e contrario valetudinem poft morbum in
ius converfam effe contendit. Senes tamen
alio morbo affecti faepiffime interempti
, ficuti omnino in morbos alios morbus vim
nofam habuiffe dicitur. Gallicio febrem in-
ıittentem epidemicam ceffaffe narrat influ-
a oriente. Saepius influentia in febrem ter-
am et quartanam transiit, atque Mertens [42])
Vittwer [43]) adeo febrem influentiam comi-
em tertio quoque die exacerbaffe contendunt.
lemia omnes homines fine discrimine corri-
:, tamen nonnulli medici infantes aut plane
aut levius aegrotaffe referunt. Morbus in
ulis hominibus vario modo fe exhibuit. In
nullis fyftema nervofum magis laboravit, de-
usque ad infultus maniacos, facultas audi-
i deminuta etc., in aliis inflammationes, ficuti
ına, parotitides, fuppurationes in auribus,
ulae rubrae in manibus et pedibus medico
ervanti fe oftenderunt. Grant ptyalismum,
hell et Orfi dyfurias viderunt. — Epidemia
: 1788 ex Ruffia in Germaniam transivit. In-
ia inerant haecce: in multis irritatio, tumor
ıflammatio palpebrarum, dolores et abfceffus
ıribus, in aliis odontalgiae, fudores locales
bum non levantes, in aliis exanthema milia-
.s fimillimum. Etiam in hac epidemia in-

) Mertens, obferv. med. Vienn. 1785.
) Wittwer, Ueber den jüngften Catarrh. Nürnberg 1782.
Metzger, Beitrag zur Frühlingsepidemie im J. 1782.
Königsberg 1782. Languth, Diff. med. hift. cat.
epid. anni 1782 fiftens. Helmft. 1783.

fantes, qui ad octavum annum nondum per-
nissent, liberi mansisse dicuntur. Rush[44]) a-
malia quaevis domestica morbo influentiae sim-
laborare vidit.

Saeculi noni decimi epidemiae sunt: ann-
rum 1799 — 1800 et 1800 — 1803 multos ho-
nes tentaverunt, nec navigantibus quidem in m-
pepercerunt. Scriptores omnes consentiunt, d-
jectionem virium permagnam fuisse; aegr-
qui leviter tantum morbo correpti sunt, tam
non raro vertigine capti conciderunt et rusti
quoque robusti lipothymiae succubuerunt. Na-
sea, interdum vomitus, gustus amarus vel sals-
saepe obstructio alvi, diarrhoea sanguinea, ep-
staxis, haematemesis, miliaria, inflammation-
glandularum accesserunt. Hanc epidemiam pr-
multis aliis malignam fuisse, multi scriptores[45]
eo, quod eam nervosam nominant, testantu-
Illud quoque huic epidemiae inerat memorabi-
quod per longius temporis spatium urbes affect-
tenebat, non raro per menses tres aut qua-
tuor. — Epidemia anni 1831 in China erup-
et fere per totum terrarum orbem permanavi-
M. Majo Gryphiae fuit. Haec epidemia benig-
fuit, morbus diebus paucis finitus erat. Sym-
ptomata eadem, quae in aliis epidemiis, fuerun-
Complicationem frequentem et perniciosam in-
fluentiae cum tussi convulsiva tunc temporis Be-
rolini regnante Stosch[46]) commemorat. — Epi-

---

44) B. Rush, Med. Untersuchungen. Aus d. Engl. v-
Michaelis. Nürnberg 1799.
45) Metzger, Beitrag zur Gesch. der Frühlingsepid. (
Jahre 1800. Altenburg 1801.
46) v. Stosch, in Casper's Wochenschrift für die ges. Hei-
kunde. Jahrg. 1. 1832. No. 20.

ia anni 1833 iterum late ſe extendit et m.
li Gryphiae apparuit. Haec quoque epide-
ia in univerſum benigna fuit et raro tantum-
o periculum attulit, et tum aut degenera-
: morbi localis organorum reſpirationis in
moniam et bronchopneumoniam aut in iis
inibus, qui ad phthiſin inclinarunt, exitu
hthiſin, aut affectionibus tetanicis aut in-
matoriis tunicae mucoſae tractus alimen-
Alios morbos aut graviores reddidit aut,
ı ſanati erant, iterum provocavit. Sic he-
aniam, choream St. Viti, ovarii algiam jam
am provocavit, et hanc quidem in nym-
naniam transmutavit. Influentiam in fe-
ı interm. tert. transiiſſe v. d. Buſch et Eſche-
*) viderunt. Infantibus morbus magis pe-
t aut eos leviter affecit, in foeminis,
Pohl minus correptas eſſe refert, non raro
tus et hemicraniae auctor fuit et puerperas,
morbum inciderunt, male affecit. Mor-
ceterum per ſe ſanatus eſt aut, ſi curam
ſe fuit adhiberi, remediis mitioribus
fuit.

§. 4.

Litteratura.

ſt, Influenza Europaea. Hamburg 1820.
Influenza. Ein hiſtoriſcher und ätiologiſcher Verſuch
von H. Schweich. Mit einer Vorrede von C. Hecker.
Berlin 1836. 8.

Eſcherig, Die Infl. Würzburg 1833. — Liebmann,
Diſſ. inaug. de infl., quae anno 1833 verno tempore Gryphiam tenuit. Gryph. 1834.

Schnurrer, Chronik der Seuchen. Stuttg. 1822.
Saillant, Tableau hiſtorique des epidémies ca-
rhales. Paris 1780.
K. Srengel, Geſchichte der Arzneikunde. Halle 18
Ozanam, Hiſtoire médicale des maladies epid
ques contagieuſes et epizootiques. Paris 181
T. I. II.
Cullen, Anfangsgründe der Arzneikunde. Aus d. E
Leipzig 1789.
Zeviani in Memoire di Mathematica e di F
della ſocietà Ital. delle ſcienze. Modena 1804.
T. XI. p. 476.
Burſerii opera med. T. I. p. 407. Lipſ. 1795.
J. Adams inquiry into the laws of different epi
mic diſeaſes. London 1809.
N. Webſter, hiſtory of epidemic and peſtilential
ſeaſes. Hartfort 1799.
J. M. Smith, Elements of the etiology and phi
ſophy of epidemics. New York 1829.
Villalba Epidemiologia Espannola. Madrid 1803
Huggan, De cat. epid. vel Influentia prout in In-
occidentali ſeſe oſtendit. Edinburgh 1793.
Daniel Sennert, De febribus. Francof. et Vi
bergae 1653.
Radius, De influentia morbo anni 1833. Lipſ. 18
Martiny, Die Influenza. Weimar 1833.
Berndt's kliniſche Mittheilungen. Hft 2. Greifsw. 18
Berndt's Lehre von den Entzündungen. Bd 2. Er
Abtheilung. S. 285. Greifswald 1837.
Gluge, Dr. Gottlieb, Die Influenza oder Grippe, na
den Quellen hiſtoriſch-pathologiſch dargeſtellt. Ei
von der medicin. Facultät zu Berlin gekrönte Prei
ſchrift. Minden 1837.

§. 5.

pidemia influentiae hujus anni generatim.

Priusquam in influentiam Gryphiae quod niverſum ejus characterem epidemicum, xtenſitatem et intenſitatem, ejus modificas et degenerationes adtinet, omnino quod miae huic inerat inſigne accuratius inquis, breviter quod ex actis et commentariis is comperimus de ratione, qua epidemia oca tentavit, referamus. Haec epidemia a cum celeritate fere totum terrarum orpervolavit et ex regione orientali ad occilem progreſſa eſt. Uno eodemque fere ore Petropoli, Hafniae, Londini, Sedini, iiae eam erupiſſe audivimus, et patulis radiffuſa per loca occidentalia ſe extendit. um temporis, quo unum eundemque lotenuit, fuerunt hebdomades quattuor usque iinque et ſex.

Sub medium menſem Decembrem influen*Iafniae* [48]) apparuit, poſtquam dies quatlecim praecedentes turbidum, humidum loſumque coelum fuerat, quod etiam per us, quo influentia regnavit, non remiſit. rime morbus ſe extendit, ita ut in acme miae triginta millia hominum aegrotarent, er illos qui conſilium medicorum non reverunt. Sub finem menſis Januarii epideremiſit, perduravit vero per totum men'ebruarium. Morbus ſemper benignus fuit.

Zeitſchrift für die geſammte Medicin mit beſonderer Rückſicht auf Hospitalpraxis und ausländ. Literatur. Herausgegeben von Dieffenbach, Fricke u. Oppenheim. Bd 5. Hft 2. S. 181 u. ff. Aufſatz v. Prof. Dr. Otto.

Dantisci [49]) influentia ſub finem anni 1
apparuit, celeriter crevit et hebdomadi
quattuor praeterlapſis pari celeritate decre
Frequens reactio in ſyſtema nervoſum, quae u
verſalis moleſtiae ſenſu, laſſitudine et debili
anorexia et doloribus artuum vagis ſe expr
convaleſcentia tarda et difficilis majorem m
intenſitatem teſtabantur. Apoplecticis mul
periculi, compluribus mortem intulit; ph
ſici et hydropici ſaepe et ſubito mortui ſu
ſaepius pneumonia, quae non ſemper facilis
gnitu fuit, peritonaeitis, quae ſicuti in pu
perio facillime in exſudationem transiit, et
flammationes tunicarum cerebri, quae juve
ſemper magnum in periculum adduxit, tam
ſaepius epiſtaxi largiore ſublata eſt, ex influe
tia prodierunt. Mortalitas valde adaucta fu
et adhuc ſub finem Martii vis conſtitutionis i
fluentiae una cum morbis ejus ſecundariis h
mines turbavit.

Hamburgi [50]) ſub initium menſis Janua
apparuit, Februarii evanuit. Morbus in u
verſum quidem ad normam decurrit, tamen n
raro pleuritides, pneumonia cum characte
per combinationem cum influentia alienato i
conſpectum venerunt et paralyſi pulmonum n
carunt. Interdum lingua quaſi aphthoſa obſe
vata eſt. Metaſtaſes letales in organa ſyſtemat
nervoſi centralia, in aliis anginae, peritonae

---

49) Schmidt's Jahrbücher der in- u. ausländ. geſammte Medicin. Jahrg. 1837. No. 8. Bd 15. Hft 2. S. 16 Medic. Zeitung vom Verein für Heilk. in Pr. Jahrg 1837. No 16. Aufſatz von Dr. Sinogowitz.
50) Schmidt's Jahrb. Bd 15. Hft 2. S. 161—163.

nec non recidiva morbi ſaepius occurre-
Senes alioquin ſanos et morbis chronicis
ıntes non raro morbus necavit. Aſſing,
referentem ſequimur, excrementa pero-
ſe obſervaſſe dicit,
Berolini[51]) influentia primis diebus menſis
rii apparuit. Coelum per menſem ante-
tem et per totum menſem Januarium mu-
et inconſtans, humidum plerumque et
ſum, ſubinde cum arido mutatum. Mor-
leritate ſumma permultos homines cujus-
dinis et omnium urbis partium tentavit,
ilibus atque alibi ſymptomatis viſus eſt;
o quidem benignus fuit, tamen ſaepius eo,
interdum in infantibus in anginam mem-
ceam, in adultis, praecipue neglecta, in
ıoniam ſenibus et aſthmaticis facillime,
inus vero ſanis quoque mortem afferentem
t, periculoſus factus eſt. Phthiſici multi
multo celerius ſuccubuerunt. Pleuritis
e, aeque inflammationes aliarum tunica-
eroſarum, veluti pericardii et peritonaei,
es ſaepius tentavit. Morbus usque ad
n menſis Martii ſenſim decreſcens per-
t. Hic quoque animalia domeſtica variis
s, praeſertim catarrhalibus et rheumati-
borarunt.
Leizae[52]) ſub finem menſis Januarii appa-
exeunte Februario, ad initium Martii eva-
Dr. Schleſier tres formas diſcernendas

Medic. Zeitung vom Verein für Heilk. in Pr. Jahrg.
1837. No. 6 und 10.
Medic. Zeitung vom Verein für Heilk. in Pr. Jahrg.
1837. No. 20.

eſſe ſtatuit: 1) Febrim catarrhalem ſimplic
cum degenerationibus in anginam, laryngitid
et bronchitidem, anginam membranaceam,
brim meſeraicam et pneumoniam noth
2) Febrim rheumaticam, quae magis tunica
broſas affecit et libenter in pleuritidem et p
ropneumoniam transiit. 3) Febrim bilioſ
ubi magis tunica mucoſa tractus alimentarii
ffecta erat.

Pariſiis [53]) inter diem vigeſimum et qu
tum vigeſimum apparuit. Memoratu dign
eſt morbum mirum in modum nonnullis ur
partibus peperciſſe. Numerus aegrotorum
centum millia fuit. Formae influentiae val
variae fuerunt; frequentiſſima catarrhus pu
monum, praeterea anginae, colicae, dolor
rheumatici, uti lumbago, pleurodynia. Si mo
bus in bronchitidem, pleuritidem, pneumonia
ant pleuropneumoniam transiit, mortalitate
valde adauxit. Dr. Nonat in ſex pneumonia
influentia progreſſa mortuis pſeudomembra
in inflammata pulmonum parte invenit, quae
quintae aut ſextae partitionis loco bronchoru
ſedem habuerunt. Tunica intima harum pa
tium bronchorum rubra fuit, pſeudomemb
nae nusquam firme adhaeſerunt, fuerunt cana
filamentoſae, elaſticae, aqua et acidis non ſol
biles et non tubas uti in angina membranac
habuerunt, ſed ſolidae fuerunt. Alii medici ha
pſeudomembranas non invenerunt.

---

53) Schmidt's Jahrb. Bd 15. Hft 2. S. 160—161. Na
Gaz. méd. de Paris. No. 6 et 7, ſo wie nach eine
Aufſatze des Dr. Staberoh in Paris in Casper's W
chenſchrift. No. 17. 1834. Med. Zeitung. Jahrg. 183
No. 24. Von Dr. Krauß.

Caſſellis [54]) die tertio vigeſimo Januarii
entia erupit. Morbus plerumque benignus
ſolummodo ſenibus, cachecticis, aſthma-
et phthiſicis periculum intulit. In ſenibus
aro catarrhus cum dyspnoea mitiori; etiam
lgiae, veluti hemicrania, neuralgia faciei,
ii, cervicis etc. interdum intermittentes,
interdum quoque alioquin non influentia
antes tentavit, remanſerunt. Animalia do-
ca, praecipue canes et equi, morbo labo-
dicuntur.

Jenae [55]) ſub initium menſis Februarii in-
tia apparuit et Martii deceſſit. Praeter
ierationes vulgares morbi, praeterea, quod
eminis gravidis interdum abortus inceſſit,
menſes irregulariter decurrerunt, dignum
nus, quod referamus, hoc: Haeſer, quem
rem ſequimur, plerisque in aegrotis, quos
it, rubram et perparvis eminentiis papuli-
ibus obtectam invenit tunicam mucoſam
yngis et praecipue palati. Post aliquot
hoc exanthema in papulas morbillis ſimiles
itavit, in quibus epithelium colorem pal-
flavo-ſubrubrum induit. Non raro pa-
in parvas fluido purulento completas pu-
, interdum etiam in ulcera ſuperficialia
in melius mutanda transierunt. In uno
to Haeſer in convaleſcentia, poſtquam
hema dies quattuordecim exſtiterat, epi-
im totum tunicae mucoſae oris et palati re-

Schmidt's Jahrb. Bd 15. Hft 2. S. 163 — 64.
Nach Dr. Braemer.
Schmidt's Jahrb. Bd 15. Hft 2. S. 163.

cedere vidit, nec non alios medicos hoc exa[nthema] vidisse dicit.

Dusseldorpii [56]) sub medium mensem Fe[bruarium] bruarium influentia subito apparuit. Morb[us] hic nihil insigne praebuit. Saepe homines, q[ui] ab influentia plane liberi manserunt, tamen la[s]situdine et infirmitate correpti sunt. Anima[lia] quoque domestica saepissime catarrho labo[rarunt.] rarunt.

In *ducatu Slesvicensi* et *Holsatia* influen[tia] valde benigna fuit et inflammationes verae rar[o] observatae sunt. Pfaff [57]) electricitatem aer[is] atmosphaerici influentia regnante semper vul[garem] garem fuisse refert.

Gruenbergiae in Hassia sub tempus vernum hujus anni influentia apparuit. Ebel [58]), qu[i] eam describit, formas has distinguit: *A*) In[fluentiam] fluentiam tunicae mucosae organorum respira[tionis.] tionis. 1) Infl. catarrhalem simpl. 2) Infl. ca[tarrh.] tarrh. nervosam s. graviorem. 3) Infl. trachea[lem] lem et bronchialem. 4) Infl. pneumoniticam et pleuriticam. *B*) Infl. tunicae mucosae orga[norum] norum nutritionis. 1) Infl. anginosam. 2) Infl. gastricam s. abdominalem. Stadia influentiae statuit tria, et quidem stadium congestivum s. siccum, stadium serosum s. catarrhale et stadium mucosum.

---

56) Ebendaselbst. S. 164—165.
57) Ebendas. S. 165.
58) Hufeland's Journal der prakt. Heilkunde, fortgesetzt von Osann. 1837. St. 6. Juni.

II. *Pars altera ſpecialis.*

criptio influentiae urbis Gryphiae.

§. 6.

De coeli ſtatu et conſtitutione morboſa.

Coelum per menſem Decembrem anni 1836
bile fuit; ſub initium pluvioſum nebulo-
ue, tum paucos per dies ſerenum, ſub finem
um. Temperatura aeris mitis ventis ple-
que ex occidente ſpirantibus, per trientem
emum menſis magis frigida et aſpera cum
praevalente. Thermometri ſtatus medius:
+ 1,0° R., meridie + 2,2° R., vesperi
° R. Barometrum fluctuavit inter 339‴,96
6‴,58.

Per menſem Januarium coelum et tempe-
a aeris valde inconſtans nec anni tempori
ruens fuit. Frigus mitius cum tempeſtate
s ſolvente ſaepius mutavit, tamen ita ut
m humidum atque madidum praevaleret.
nius et Eurus regnaverunt. Status ther-
etri ſummus + 4,2° R., medius + 0,1° R.,
mus − 5,7° R.; Barometri ſummus 334‴974,
us 337‴,035, minimus 329‴,507.

Quod ad conſtitutionem morboſam adtinet
ntem, conſtitutio gaſtrica, quae nunc jam
iginti quinque annos tenet, etiam menſe
mbri anni 1836 ſtationaria fuit et quidem
s ad hepar et omnino ad characterem con-

geſtivum biliofum tendere videbatur; ita tam ut vis anni temporis majorem inclinationem i ferioris partis tractus alimentarii ad morbos e cipiendos efficeret. Inflammationes, quae c currerunt, plerumque charactere mere infla matorio carebant, magis morbo gaſtrico ſuspe debantur, et raro tantummodo characterem v rum phlegmonoſum induebant. Attamen i flammationes et praecipue organorum reſpi tionis, praeſertim pulmonum, ſaepius quam a tempore occurriſſe non poteſt negari. Hu conſtitutioni ſtationariae gaſtricae intercurre rheumatico-catarrhalis ſe adjungere velle vid batur, quamquam omnino rarius morbi ſub ha forma apparebant. Omnino numerus aegroto rum per hunc menſem curae medici ſe prae bentium parvus fuit, quamquam coelum mor bis non alienum jam per longius temporis ſpa tium fuerat.

Influentiae primi caſus fere a die viceſimo menſis Decembris apparuerunt et die ſeptimo viceſimo primi aegroti in clinico medico poly clinico auxilium petierunt, quum aliis locis epi demiam regnare modo audiveramus. Epidemia non uti anno 1833 paullatim et quaſi ſubrepens urbem invaſit, ſed ſubito apparuit et volatili quadam cum celeritate per magnum hominum numerum ſe extendit. Statim omnes pervaſit domos, pauperum caſas divitumque palatia, nulla aetas, nullus ſexus nec ulla vivendi ratio a morbo munivit; vix unus aut alter rure vel in urbe, ſenex aut puer robuſtus aut infirmis inco lumis manſit.

Quod ad rationem, qua morbus homines

avit, adtinet, celerrime eum divulgatum
jam ſupra diximus. Raro nonnullarum
iliarum tantum ſingulos corripuit, plerum-
omnes magis vel minus morbo laborarunt.
rdum uno tanquam ictu tota familia profli-
eſſe viſa eſt, interdum unus primo tentatus
ıliique minore vel longiore intervallo ſecuti
. Maleficorum in ergaſtulum datorum per-
ti ſubito correpti ſunt, et totius fere domus
lae eodem tempore laborarunt, nec malefici
cuſtodes incolumes manſerunt.

Nec influentia, uti anno 1833, primo in-
ſu mitius homines tentavit et poſtea inten-
e accrevit, ſed ſtatim ſub initium majorem
nſitatem nec raro malignitatem ſatis pericu-
m ſibi ineſſe demonſtravit, ita ut funeſti ca-
non pauci obſervarentur, eo nempe, quod
bus characterem malignum, aſthenicum ſci-
t et inflammatorium, induebat. Haecce
que malignitas epidemiae per totum fere
ium temporis, quo regnavit, eadem permanſit
sque morbos ſimul obſervatos ita modifica-
ut medicus facillime falli poſſet. Morbus
vehementia usque ad finem menſis Januarii
luravit et paſſim ſub initium menſis Februa-
evanuit. Genius morbi, qui jam per mul-
annos magis minusve idem fuerat, alius
i viſus eſt; aliae inflammationes, aliae fe-
s, alii morbi chronici obſervabantur; et
c vis epidemica per longius tempus, quum
influentia evanuiſſet, morbos tam peculia-
r modificavit, ut conſtitutionis ſtationariae
atio fere videretur agi.

§. 7.

Forma influentiae normalis.

Plures morbi gradus medico obſervanti ſe obtulerunt. Prior et mitiſſimus catarrhum communem et leviorem febrem catarrhalem aequavit, praeterquam quod majoris laſſitudinis ſenſus ei accedebat; alter et gravior graviori cum febri et ſymptomatis aliis infra accuratius deſcribendis prodiit; tertius et graviſſimus degenerationes morbi in diverſas partes, praecipue inflammationes complexus eſt. Quos diverſos gradus accuratius nunc deſcribemus.

Morbus aut ſubito homines invaſit aut magis ſubrepens cum prodromis apparuit, propria totius corporis laſſitudine, debilitate, anorexia et faſtidio ſoliti muneris, ſenſibilitate organorum ſenſus adaucta, doloribus artuum, quibus vertiginoſa capitis obnubilatio, horripilationes vagae acceſſerunt. Hi prodromi aut diutius anteceſſerunt aut brevi tantum tempore ante morbi acceſſum apparuerunt. Saepe vero influentia ſubito quoque ſine his prodromis homines febri graviori corripuit, quae omnino qualitates febris catarrhalis prae ſe tulit et, quod ad gravitatem adtinet, affectionibus localibus ſaepe non reſpondit.

Morbus ad normam plane conformatus hisce ſymptomatis ſe manifeſtavit:

Omnibus aegrotis communis propria virium dejectio obſervata eſt, in aliis minor, in aliis gravior, quae non ſolum ſaepius morbum anteceſſit, ſed etiam per totum morbum perduravit, et non raro diu morbo jam ſuperato aegrotos valde cruciavit. Haec virium dejectio interdum

:a fuit, ut etiam robuſtiſſimos homines lecto
;eret, vertigine et lipothymia caperet. Qua
ı virium quam maxima dejectione conjuncti
ıt dolores trahentes, volatiles per omnes cor-
's partes, praecipue vero artuum, dorſi et
·icis, affectiones rheumaticas ſimulantes et
ırſum nervorum ſequentes, crampi. Haec
ilitas et hi dolores ex affectione peculiari
im ſyſtematis nervorum, partim ſyſtematis
ɔſi prodierunt.

Obnubilatio vertiginoſa capitis et praecipue
ır capitis permoleſtus, fixus et tendens, im-
ıis regionem laminae cribroſae et ſupra ocu-
ɔccupans adfuit; tum ſenſibilitas adaucta or-
ɔrum ſenſus, praecipue oculorum, veluti
litas musculorum oculomotoriorum, ita ut
i in orbita quaſi premi viderentur; ſenſus,
i bulbus partibus obtegentibus orbatus eſſet;
i ardentes, rubescentes, ſymptomata pho-
ıobiae; ſuſurrus et tinnitus aurium valde
ɔſtus ex affectione tubae Euſtachii.

Affectio ſubinflammatoria tunicae mucoſae
norum reſpirationis, quae ſe manifeſtavit
za, catarrho laryngis, arteriae aſperae et
ıonum, tamen praeprimis ad bronchos ſpe-
; viſa eſt. Haec ſymptomata aut ſimul ad-
ınt, aut ſeſe invicem exceperunt, ita ut
altera, mox altera praevaleret. Titillatio
ıribus, ſternutationes frequentiſſimae et cre-
imae, dolores vagi, pungentes ſub regionem
zygomatici et ſinuum frontalium, ſub in-
n ſenſus ſiccitatis moleſtae tenſionisque na-
ı, ſecretio fluidi aquoſi e naribus defluentis,
·dum etiam rodentis, oculorum lacrimatio
Hisce non raro dolor et ſiccitas faucium,

hinc deglutitio impedita, rubor tunicae muco-
ſae faucium et oris acceſſerunt. Si magis irri-
tatio tunicae mucoſae laryngis, arteriae aſperae
et bronchiorum adfuit, raucedo, tuſſis permo-
leſta, ab initio ſicca et ſaepe tam pertinax et gra-
vis, ut tuſſi convulſivae ſe appropinquaret; poſt
ea vero aquam et pituitam, ſub initium tena-
cem, poſtea magis ſpumoſam maſſam producens
et ſaepenumero aegrotos diu vexans. Sputa
fuerunt flavi coloris et copioſiſſima, interdum
ſtriis ſanguinis commixta. Pectus ſingulari
modo oppreſſum et conſtrictum, reſpiratio non
ſolum valde impedita, ſed etiam ſaepe dolori-
fica, praecipue ſi irritatio in inflammationem
transire minitabatur; interdum dolores vagi et
pungentes in regione partitionis arteriae aſperae
et in lateribus, quaſi pleuritici. Haec affectio
localis in tunica mucoſa organorum reſpiratio-
nis vario modo ſe manifeſtare atque etiam us-
que ad gradum inflammationis augeri potuit.

Praeterea digeſtionis organa non minus ple-
rumque laboraverunt, ita ut ardor, dolor ur-
gens et conſtringens in regione epigaſtrica inter-
dumque etiam per totum tractum alimentarium
obſervaretur; appetitus defecit, ſitis interdum
valde adaucta, ſapor inſipidus, lingua muco
albo tenaci leniter plerumque obtecta, inter-
dum ſubflava, ſaepe etiam rubra aut pura; vo-
mituritiones aut vomitus ipſe, alvi fluxus aut
obſtructio adfuerunt. Quamquam ſaepiſſime ſta-
tus gaſtricus ad influentiam acceſſit, tamen haec
ſigna non ex ſtatu gaſtrico derivanda, ſed po-
tius ex alienatione vitalitatis tunicae mucoſae,
ex peculiari ſubinflammatione, ex nervorum
irritatione morbum noſtrum comitante pendere

. Haec affectio tunicae mucosae interdum e ad gradum inflammationis ascendit, ut ɔus asthenicus consequeretur.

Etiam tunica mucosa vesicae urinariae in- ım affecta erat, ex qua causa stranguriae res observatae sunt.

Quod ad urinam adtinet, qualitas ejus non er eadem fuit. In pluribus naturalis, in muco saturata, in aliis rubescens, in aliis a, aquosa, in aliis sedimentum mucosum n aut rubrum, in aliis non dejiciens, in aliis ı, in aliis limpida, in aliis odorem aci- edens.

His praecipuis symptomatis febris se ad- it. Febris saepissime vehementissima primis ꞉ipue morbi diebus et sine prodromis homi- orripuit et statim aegrotos lecto affixit, aut s subrepens lente advenit. Ut fere semper ꞉iam in nostra epidemia morbo ipso oriente pilationes conspectae sunt, interdum vero ɔr quoque gravior rigorque, quem calor nagis aut minus adauctus et siccus consecu- st. Hic calor in perdurantem ad sudores, us profusos, inclinationem transivit, ut ɔus eo non deminueretur. Febris cetero- saepe prae aliis symptomatis morbi per- ıa fuit. Pulsus celeres et celerrimi, fre- tes et frequentissimi, plerumque fere , molles, rarius pleni, imo duriusculi fue- Cutis tursit et laete rubuit; habitus fa- ıegrotorum et convalescentium etiam pecu- aliquid adspectui praebuit, qua peculiari- ere quisque influentia laborans ex aliis ae- s excelluit. Facies pallida, tumescens aut psa, circa oculos lurida fuit, linea circa os

et nasum alba, tota physiognomia magis expoli et tenera. Congestiones sanguinis ad caput pectus, summum interdum gradum attingente nec raro cum irritatione cerebri et ex hac deli riis prodeuntibus conjunctae aut rarius epista provocantes. Vigiliis aegroti phantasmatisq inter somnum interdum valde cruciati, summa quietudine vexati sunt; alios contra non agrypn sed inexpugnabilis paene somni cupiditas tent vit. Sitis saepe valde adaucta, nonnunquam ver nulla fuit, alvi excretiones jam supra dictae vari pro affectione tractus alimentarii apparuerunt aeque urina. Superficies totius corporis praeci pue majori sensibilitate ad temperaturae muta tiones et majori ad sudores profusos inclinatio excelluit. Sudor in omnibus aegrotis fere per quam copiosus, tamen plerumque nullo modo morbum levans. Haec febris in diversis in dividuis diverso modo se exhibuit, saepe jam post horas viginti quattuor aut duodequinqua ginta evanuit, interdum vero etiam longius pe tempus perduravit. Febris exacerbationes et re missiones facere solebat, exacerbationes plerum que sub vesperam, remissiones matutino tempore; interdum etiam febris tanquam typum intermit tentem simulare videbatur.

§. 8.

Decursus et finis morbi.

Tempus, intra quod morbus superabatur, per quam erat varium; modo tantum per brevissimum tempus, viginti quattuor horas, finitus erat mor bus, modo, et hoc saepius accidit, per dies tres, quattuor usque ad septem et quod excurrit dura-

Quam tarditatem tum imprimis obſervavi-
, cum morbus homines debiliores, valetu-
rios, jam ad catarrhos proclives aggreſſus
, aut aliis morbis ſe conjunxerat; contra eo
iorem decurſum fecit, quo robuſtiore ho-
es conſtitutione gaviſi ſunt, ita ut homines
dum pridie aegrotarent, poſtridie vero jam
m operibus conſuetis occuparentur.
Criſin veram et proprie ſic dictam, qua alii
bi ſolvi ſolent, in influentia re vera progredi
nquam obſervaſſe poſſumus profiteri. Nam
r, urina, diarrhoea, epiſtaxis, ſputa tam
ſe exhibuerunt, ut vix pro criticis haberi
nt. Sudor jam ſub initium morbi adfuit et
n morbi ſpatium comitatus eſt, tamen neque
um levavit, imo potius interdum copioſiſſi-
vires magis exhaurire viſus eſt, neque juſto
i tempore i. e. in acme apparuit; interdum
valetudine jam reſtituta magna ad ſudandum
ivitas remanſit. Aeque urina, num critica
, in dubio eſſe debemus, nec non ſputa
aria per totum morbum fuerunt, ut nihil
i haberent. Phaenomena alia critica etiam
inconſtantia fuerunt. Quae omnia ſi reſpi-
s, non poteſt quidem negari, haec ſympto-
morbi ſe ſolventis ſigna fuiſſe, quaſi ex
nine naturae prodiiſſe, tamen exceptis illis
is, qui citiſſime unius diei ſpatio dijudica-
r, influentiam minus criſi quam lyſi ſolu-
eſſe ſtatuendum nobis videtur.
Morbus plerumque in valetudinem exiit et
ti mox muneribus ſolitis ſe occupare potue-
quamquam magna convaleſcentium pars
a virium dejectione et laſſitudine adhuc per
is tempus influentia jam ſuperata vexaban-

tur; neque ſemper tuſſis removebatur, ſed no
raro convulſivae ſimilis et multis cum ſputis p
longum tempus remanebat. Plerumque morb
ſanitate plane reſtituta non rediit, tamen no
raro aegroti, ſi in convaleſcentia aeris mutatio
bus et aliis rebus, quae vim damnoſam habe
poſſunt, ſe expoſuerunt, periculum magnum
ſibi intulerunt, quod morbus cito in deterius
mutavit et intenſitatem periculoſam eſt nacta.

§. 9.

Modificationes et degenerationes morbi.

Haec erat imago morbi in genere; varium
exhibuit in ſingulis hominibus. Diverſos grad
morbi jam ſupra (§. 7.) novinavimus. Praeter
morbus eo, quod ſymptomata ſingula praevaleban
alia cedebant varietates habuit. In nonnullis febr
perparva fuit et affectiones locales ſolae morbu
conſtituere viſae ſunt; tamen unquam febre
plane deficere nos vidiſſe profiteri non poſſumus
ſemper febricula, quae nimirum per diem inte
dum valde remiſit, fere intermiſit, ſub veſpera
autem vulgo exacerbata eſt, adfuit. In aliis fe
bris permagna fuit et affectiones locales minore
fuerunt. In aliis adeo unum fere tantummod
ſymptoma morbi adfuit, alia defuerunt. Ita ex
empli gratia homines praecipue virium defectu
alii ſola obnubilatione capitis vertiginoſa, ali
ſolis doloribus artuum, alii ſola hemicrania la
borarunt, aliaque morbi ſymptomata aut fer
plane defuerunt aut leviora fuerunt.*

Influentia tamen etiam aliter vario mod
modificationes inire potuit, quae modificatione
partim prodierunt ex individualitate aegroti, par

ex combinatione cum alio morbo, partim ex
s externis fortuito ſimul cum cauſa influen-
in hominem agentibns. Sic quoad aetatem
inum infantes quidem in univerſum rarius,
en ſi aegrotaverunt, facillime gravius mor-
tentavit; ſenes, cachecticos et phthiſicos in-
ntia facillime tam graviter affecit, ut pericu-
mortis adeſſet, non ex morbo qua tali, ſed
rogreſſionibus morbi diverſis, quibus dispo-
hominum agrum fertilem obtulit. Ex com-
tione quoque influentiae cum aliis morbis
ificationes morbi prodierunt. Sic ſaepiſſime
lerisque in caſibus complicatio gaſtrica adfuit,
morbum variis modis mutare potuit; par-
ſcilicet ſymptomata gaſtrica cum influentiae
ptomatis ſe conjunxerunt, partim morbus
icus directionem morbi ad tunicam muco-
tractus alimentarii praeſtituit, ex qua affe-
ne facilius morbus characterem aſthenicum,
per ſe jam tendit, induit. Tum elementum
imaticum cum influentia ſe conjunxit. Eti-
rheumatismos intenſivos hac in epidemia
vidimus, tamen interdum affectiones rheu-
icae expreſſae ſaepius influentiae adjunctae
it. Denique ſymptomata, ſi morbus homi-
jam aliis morbis laborantes invaſit, mutata
; ſic in phthiſicis, ſic in hydropicis, ſic fere
mnibus aliis aegrotis; nam fere quicunque
oti tunc temporis in noſocomio clinico lecto
i fuerunt, influentia correpti ſunt. Attamen,
occupemus, quae infra tractanda erunt, haec
loco ſufficiant.

Majoris momenti tamen quam hae modifi-
ones ſunt degenerationes influentiae in variis
ibus.

I. Affectio fubinflammatoria tunicae mucofae organorum refpirationis primum varias degenerationes efficere poteft.

a) *Bronchitis*, quam magis folam modificationem ex altiore gradu influentiae progreffas nominare volumus, quam degenerationem, faepiffime nobis occurrit, ita ut nihil fere abnormi effe videretur. Morbus plerumque benignus fuit, fymptomata vulgaria obtulit, tamen in decurfu ejus ad illud refpiciendum fuit, quod ut morbus fpecificus neque celeriter in anguftum cogi neque interrumpi potuit, fed potius, fi modo conformatus fuit, certum fpatium decurrit. Bronchitis tamen modificari potuit quoad decurfum et tum bronchitis acutiffima, acuta et fubacuta; combinatione cum laryngitide, tracheitide et pleuritide, quam faepius cum bronchitide conjunctam vidimus; complicatione cum elemento rheumatico, quae gravior forma facillime chronicum decurfum accepit, et gaftrico, idque in hac epidemia fere femper factum eft; cum difpofitione tuberculofa; tum ex difpofitione aegrotorum bronchitis infantum, fenum et cachecticorum exiftere potuit. Si bronchitis homines jam antea tuberculis laborantes corripuit, facillime ea tubercula irritata funt et difpofitio ad phthifin tuberculofam non raro in veram phthifin transiit et aegrotos interemit. Sin vero bronchitis homines phthifi conformata jam lecto affixos corripuit, quod non raro accidit, tum aut aegroti ftatim bronchitidis vi mortui funt aut tamen morti multo celerius fuccubuerunt. Si bronchitis fenes, cachecticos et potatores invafit, item majoris momenti fuit, nam propter difpofitionem organicam facillime in veficulas pulmonales transiit,

ıinus, tamen facillime per longum tempus cum ſputis phthiſin minantibus permanſit. fantibus quoque bronchitis facillime pericu- attulit, nam non ſolum propter organicam ſitionem eorum, ſicut omnis gravior inflam- ɔ, vitae periculum attulit, ſed etiam, uti in ſe- ;, facillime in bronchopneumonium transivit.

b) *Bronchopneumonia*, pneumonia notha ıamii, pneumonia catarrhalis, fuit illa de- ratio morbi, quae prae omnibus maxime ho- s interfecit. Non ſolum homines, quibus ria ad eam diſpoſitio ineſt, veluti infantes, , cachecticos et potatores, ſed etiam homi- ınos et illos, quibus ex pneumoniis priori- lispoſitio inerat organica, invaſit. Praeci- n ſenectute tardior ſanguinis circulatio in capillaribus et ex hac prodiens ſtagnatio ſan- s in pulmonibus habitualis et in tunica mu- bronchorum, imprimis etiam in veſiculis onalibus, cui mutata cum congeſtione aucta minuta irritabilitas annectitur, fundamen- eſſentiale illius in ſenectute in conſpectum ntis diſpoſitionis ad formandam bronchiti- et bronchopneumoniam ſenum conſtituere ur. Hisce vis vitalis telae deminuta et ſae- ıe diſpoſitio morboſa tunicae mucoſae ex ibus bronchitidibus et ex habituali blennor- ı orta, nec minus cachexia ſanguinis, quae orbus characterem aſthenicum induat facil- eſſicit, accedit. Potatores fere eadem mo- a ad hunc morbum diſponentia praebent, nec s infantes facilius eo corripiuntur, in quibus non raro morbus conformatus hydrocepha- ſecundarium provocavit. Bronchopneumo- uidem interdum aegrotum celeriter vehe-

mentius affecit, saepius tamen tardius ei obrepsi ita ut homines imperiti, qui influentia se labo rare crediderunt, a medico auxilium non pete rent. Morbi species semper propriam se exh buit; in universum quidem symptomata ejus vu garia fuerunt, tamen cum influentiae symptoma mixta. Magna dyspnoea, tussis spastica et p molesta, creberrima et frequentissima, sputa t nacia, sanguine striata aut mere sanguinea, febr facillime characterem asthenicum induens sy ptomata essentialia morbi fuerunt. Morbus qui dem, si statim sub initium cognitus fuit, sanabi lis fuit, semper tamen aliquid subdoli ei infuit ita ut aegroti plerique ex eo morerentur. San guinis detractiones tantae institui non potuerunt quantae suffecissent, et si institui potuerunt, tamen non semper illum successum bonum, quem in aliis bronchopneumoniae casibus, habuerunt.

c) *Angina membranacea* simul cum influen tia epidemice grassata est. Quam conjunctionem ad infaustissimas pertinere satis apparet; nam an gina membranacea jam per se morbum periculo sissimum constituit, cum influentia vero conjuncta infantes tam graviter affecit, ut medico de salute aegrotorum plane desperandum esset. Angina membranacea aut infantes subito tentavit sine prodromis aut influentia organa respirationis ca tarrho afficiens tanquam prodromos ejus catar rhales constituit. Morbus, qui saepissime infantes inter annum aetatis secundum et sextum tentavit, eo periculosior fuit, quod simul saepenumero in flammatio pseudomembranosa per totam tracheam et bronchos se extendit, interdum celeriter mor tem intulit, non raro vero tardiorem quoque de

um habuit et plerumque curae antiphlogi-
e ſumme intenſivae reſtitit.

II. Degenerationes affectionis tunicae mu-
e organorum digeſtionis.

a) Si affectio haec graviorem inflammationis
um attigit, morbus faciem febris aſthenicae
ıit ipſamque in febrem nervoſam abdomina-
transiit et ſub forma inflammationis tunicae
oſae tractus alimentarii folliculoſae et ery-
natoſae accidit, cui ſemper ſympathia ſyſte-
is nervoſi propria ſe conjunxit. Sed ne fines
ıs diſſertatiunculae transſiliamus, hic ſolum-
lo hujus morbi directionis ſpeciem adumbrare
ciat; de qua, L. B., ſi accuratius te edoceri
videas Berndt's Lehre von den Entzündungen.
ıd 2. Abthlg. 2. Greifswald 1837.

b) Saepius affectio haec in inflammationem
ıdomembranoſam, ſic dictam *diphtheritidem*,
eneravit. Bretonneau [59]) et poſt eum alii
lici francogallici, medicorum germanicorum
nus Ill. Berndt [60]) morbum nuperrime accu-
us perſpexerunt et deſcripſerunt. Sub finem
ıporis, quo influentia regnavit, et brevi poſt
rbus tam ſaepe obſervationi ſe obtulit, ut epi-
niam parvam conſtitueret. Diphtheritis eſt
rbus proprius, qui non ſolum inflammatio-
n pſeudomembranoſam tunicae mucoſae tra-
s alimentarii, ſed etiam graviorem paſſionem
tematis gaſtrici ſimulque ſympathiam propriam

---

9) Bretonneau, Recherches ſur l'inflammation ſpe-
ciale du Tuſſu muqueux, et en particulier ſur la
diphtherite, angine maligne ou croup epidemique.
Paris 1826.

0) Berndt's Lehre von den Entzündungen. Bd 2. Ab-
theilung 2. S. 700—715. Greifswald 1837.

ſyſtematis nervoſi complectitur. Morbus plerum-que a ſymptomatis gaſtricis incepit, veluti ano-rexia, guſtu mutato, nauſea, dolore capitis, laſſi-tudine, ſomno inquieto. Paucis poſt diebus febris ſe adjunxit, interdum leviſſima, ſaepius autem gravior quoque et mox cum collapſu vi-rium conjuncta. Affectio localis mox acceſſit et quidem hisce cum ſymptomatis: aegrotus ar-dorem in ore, praecipue in gingiva, in pariete poſteriore labiorum, in genis, in apice margi-nibusque linguae ſenſit et hisce in locis primo puncta parva, cana, mox ſe extendentia appa-ruerunt. Aut ſimul dolor usque ad pharyngem progreſſus, deglutitio impedita eſt, et mox, prae-cipue in tonſillis, ſed etiam in velo palatino et uvula rubor maculoſus virgatusque interdum ce-leriter auſterus factus apparuit. In his locis ru-bris maculae albidae aut canae ortae ſunt, uti in ore, quae in tonſillis interdum quam celer-rime ſe extenderunt et confluxerunt. Tunica mu-coſa circumdans magis fusco-rubra facta eſt, ita ut puncta exſudationis pſeudomembranoſae tan-quam limbo rubro circumdarentur. Interdum tota cavitas oris et pharyngis pſeudomembranis obtecta fuit, imo ventriculus et totus tractus ali-mentarius laborarunt, tum nauſea, vomituritio-nes ſine ſucceſſu, ſingultus, tenesmus valde crucians, interdum diarrhoea quoque aquoſa ſimul in conſpectum venerunt. Unam aegrotam vidimus, cui propter deglutitionem irritatione pharyngis et ventriculi plane impeditam cibi et medicamenta per anum porrigenda fuerunt. Semper glutiendi facultas valde impedita fuit. In his caſibus gravioribus ſaepius inſultus anxie-tatis acceſſerunt, quae usque ad alienationem

is adauctae[61]) ſunt. Ceterum obtegumen-
pſeudomembranoſum partim molle, pulti
aſeo ſimile, partim ſolidum, corio ſimile
mox reſolutum eſt et iterum novum appa-
Si pſeudomembranae majorem extentio-
nactae erant, plerumque foetor ex ore ad-
eae plerumque in medio ſe reſolverunt et
cuitu tanquam marginem circa ſanum fixe-
Febris, quae hanc affectionem localem
tata eſt, plerumque parva fuit aut plane de-
et collapſui virium non reſpondit. Facies
torum lurida, miſera, collapſa, oculi col-
dolores in dorſo, cervice et extremitati-
ertigo et gravedo capitis, ſomnus inquietus,
iis turbatus, laſſitudo et debilitas magna;
itus defuit, ſenſus moleſtiae in toto abdo-
; pulſus aut plane non aut parum frequentes,
n molles, parvi, ſaepius juſto tardiores et
biles. Aegroti celeriter emacuerunt. Non-
uam orgasmus ſanguinis cum pulſibus fre-
tioribus, rubore genarum et calore adaucto
ceſſit. Decurſus morbi ſemper tardus fuit,
14—21 durans, in infantibus, praecipue
n angina membranacea morbus conjunctus
celerior. Convaleſcentia incepit ab eo,
affectio localis evanuit, pulſus regulares,
humida fiebant, vires adaugebantur. In-
m affectio localis in ulcera gangraenoſa
ficilia, in inflammationem tractus alimen-
folliculoſam et erythematoſam transiit.
ex diphtheritide ipſa, ex morbis ſecunda-
rodiit.

Ill. Berndt exempla duo huc ſpectantia affert,
quorum alterum ego ipſe vidi. Cfr. Berndt l. cit.
S. 709.

Quod ad aetiologiam adtinet morbi, diphth- ritis vi conſtitutionis gaſtricae oritur, ad qua propria aeris conſtitutio accedere videtur. Mu lieres omnino ſaepius morbo correptae ſunt, qua viri. Diphtheritis praecipue illas partes tunic mucoſae corripit, quae epithelio ſunt obtecta Quod ad eſſentiam morbi adtinet, diverſae h ſpectantes ſententiae [62]) propoſitae ſunt. Ver ſimile eſt, morbi fundamentum non ſolum ſi plicem inflammationem, ſed morbum combin tum eſſe, quem partim irritatio inflammatori partim paſſio papillarum nervorum in tunica mu coſa, fortaſſe humorum quoque ad plaſticam con ſolidationem inclinans diatheſis conſtituat. Cert morbus eſt proceſſus neurophlogiſticus, quem cauſa ſpecifica ignota orientem juvat.

Ceterum morbus varium ſe exhibere poteſt. ſic quoad affectionis localis ſedem *ſtomatitis*, gra dus leviſſimus, *angina*, gradus gravior, *oeſo phagitis* (prunella veterum) *pſeudomembrana cea*, tum in infantibus ſimul cum inflammatio laryngis et tracheae pſeudomembranoſa conjun cta, denique inflammatio pſeudomembranoſa tu nicae mucoſae ventriculi et totius tractus alimen tarii, *diphtheritis proprie ſic dicta*, in conſpectum venire poteſt. Quod ad characterem affectionis localis adtinet, haec modo mere inflammatoria modo magis cachectico-putrida eſſe poteſt; quoad originem morbus modo primarius, idiopathicus, modo ſecundarius et ſymptomaticus eſt. Quoad febrem diphtheritis febri ſolummodo parva, aut ſi affectio inflammatoria magis ad formam ery thematoſam inclinat, ſub initium febre graviori

---

62) Cfr. Berndt l. cit.

mmatoria, aut febri magis ad characte-
afthenico - nervofum inclinante conjuncta
poteft.

c) Ex hac vero affectione morbi quoque
ıdarii prodire potuerunt, quorum graviffi-
febris nervofa abdominalis. Plerumque fci-
hic morbus fenfim et tarde, poftquam aegroti
a influentia laborarunt et majore virium de-
one per longius tempus affecti fuerunt, ado-
:. Praeterea non raro, fi irritatio tunicae
ofae tractus alimentarii levior remanferat,
natio ad indigeftionem ex alternatione
orum gangliorum longius per tempus fe
raxit.

III. Influentia faepius etiam in directione
ftema nervofum et telam fibrofam degene-
ɔnes fecit.

a) Cafus medico obfervanti fe obtulerunt,
uibns affectio tunicarum mucofarum minus
valuit, potius tota vis caufae atmofphaerico-
agiofae imponderabilis in fyftema nervofum
ndit. Hoc imprimis in illis aegrotis accidit,
fub initium morbum neglexerant, regimen
um non obfervaverant et praecipue jam
bo correpti diutius adhuc frigoris vi fe ex-
ıerant. Qui aegroti magno capitis grave-
is gradu, infirmitate quam maxima et qua-
ı torpiditate, quae fere apathicos aegrotos
didit, laborarunt. Febris comitans plerum-
exigua fuit, aegroti faepe per hebdomades
pus feffum traxerunt, torpentes et hebetes
runt, femper tardiffime recreati aut inter-
n apoplexia mortui funt. Interdum in his
rotis propriam immobilitatem et rigiditatem
ius corporis, quae tamen plerisque in cafibus

mox deceſſit, invenimus. Num haec influentia nervoſa cum arachnoideae ſtatu morboſo cohaereat an non Ill. Berndt, qui eam in epidemia poſtrema ſaepius vidit, adhuc in medio relinquit.

In caſibus rarioribus ex ſympathia nervorum praeter 'algias graviores, quae decurſum nervorum ſequutae ſunt et ſub forma cramp vel aliarum algiarum ſe manifeſtarunt, partim vero maximam quoque cum rheumaticis affectionibus ſimilitudinem prae ſe tulerunt et praecipue musculos pectoris occuparunt, ſigna affectionis tetanicae prodeunt.

Videtur quoque affectio ſyſtematis nervoſi usque ad inflammationem progredi poſſe, ſicuti in epidemia noſtra, interdum, ſed rarius, morbus talem ſe exhibuit, ut inflammationem nervi vagi adeſſe cognoſceres. Hic ſemper mortem adduxit.

b) Inflammationes telae fibroſae et ſeroſae ſaepius quoque degenerationes influentiae conſtituunt. Huc pertinet ſaepius obſervata pleuritidis cum bronchitide conjunctio, quae ad periculoſiores degenerationes pertinuit. Pleuritis fere ſemper majorem ad exſudationem inclinationem comprehendit tum ſeroſam, tum ſeroſo-purulentam, et tantas adhaeſiones inter pleuras, quantas nunquam, vidimus. Pleuritis partim magis acuta phlegmonoſa fuit, partim, et ſaepius adeo, magis decurſum chronicum accepit, ita ut aegroti plures, qui influentia regnante bronchitide magis musculari et pleuritide ſubacuta, occulta neſcientes laborarant, nunc adhuc hy-

ɔorace laborantes a medico auxilium pe-
63).

Item nonnullos caſus peritonaeitidis acutae
·vavimus; unum, quum aegrotum quem-
nominatum Lange, hydrope aſcite ato-
laborantem, illa invaſit et interfecit. Sae-
praeterea pericarditidem vidimus, quae
ſtatim ſub impetum influentiae in con-
um venit et plerumque gradum mitiorem
t, Puerperam pericarditide graviori po-
e partus corripi et in cura antiphlogiſtica
:i gradu adhibita mori vidimus.

Aliam ex hac parte morbi prodeuntem de-
·ationem affectiones inflammatoriae durae
s nec non auris internae conſtituerunt.

Joannes Schuggert, mercenarius annos quadraginta natus, ascite et anaſarca atonico ex febre interm. quart. laborans et reſtitutae valetudini jam proximus, ab influentia correptus eſt et quidem bronchopneumonia leviori, quae non merum characterem activum oſtendit, laboravit. Morbus ſanatus eſt, tamen aegrotus ſemper infirmitatem morboſam et quandam proclivitatem ad affectiones gaſtricas et tunicae mucoſae tract. alim. retinuit, quum ſubito trimeſtri poſt illud tempus fere ſpatio, quo influentia laboraverat, denuo in morbnm graviorem inciderit, qui (diagnoſis ſcilicet ſtupiditate aegroti difficillima reddita eſt) magis organa abdominis afficere viſus eſt; tamen in pectore eum ſedem habere mox fuit perſpicuum. Statim ſub initium morbus tantum et talem ſe oſtendit, ut medico ſpes nulla ſanandi aegroti relinqueretur. Jam die tertio aegrotus mortuus eſt, et in ſectione cadaveris in cavitate thoracis magnam fluidi aquoſo-purulenti quantitatem, praeterea inter pleuras adhaeſiones permagnas pſeudomembranoſas, tanquam ſingulos ſaccos conſtituentes, invenimus. Aegrotum pleuritide occulta ſubacuta influentiae vi orta laboraſſe non fuit dubium.

Affectiones durae matris inſtar rheumatismi manifeſtaverunt et ad transitum in inflammationem magnam inclinationem oſtenderunt. Otitis interna interdum in otorrhoeam transiit et unam aegrotam vidimus, in qua praeter hanc otorrhoeam caries proceſſus maſtoidei oſſis temporum acceſſit.

Tamen non ſolum dura mater, ſed arachnoidea quoque interdum inflammatione correpta eſt tum in infantibus, tum in adultis. Ego ipſe unum ſolummodo caſum arachnitidis cerebralis vidi, quae exitum letalem habuit et cujus diagnoſin viſum repertum probavit.

§. 10.

Theoria morbi.

Morbum nullum genus, nullam aetatem, nullam vivendi rationem reſpicientem omnes pari vi corripuiſſe, jam ſupra vidimus; nam etiamſi in univerſum homines conſtitutionis debilioris facillime gravius aegrotaverunt, tamen nunquam majorem ad morbum ſuscipiendum proclivitatem iis ineſſe nobis occurrit. Homines jam antea morbis pectoris laborantes facilius graviori organorum reſpirationis ſtatu inflammatorio corripi potuiſſe jam diximus.

Quod ad naturam influentiae adtinet, morbus ad febres ſpecificas pertinet. Influentia ergo non eſt febris catarrhalis ſimplex, ſed morbus, cujus cauſa ſpecifica in ſanguinis nervorumque vitam agit, ut totum tunicarum mucoſarum atque etiam fibroſarum ſyſtema et praecipue neurilema ſtatu ſubinflammatorio laboret. Tunicam mucoſam organorum reſpirationis et

ctionis subinflammatorio statu laborare,
solum symptomata morbi, sed etiam ejus
nerationes in veram inflammationem sae-
observatae satis probant. Tussis saepe per-
: et convulsiva, vomitus, anorexia et an-
s praecordialis sine ulla causa gastrica, vi-
dejectio permagna, dolores vagi, praeci-
decursum nervorum sequentes partim to-
systema nervosum, partim fines in tunicis
ssis nervorum diffusos simul laborare; si-
udo inter dolores, qui in influentia obser-
ur, et rheumaticos, affectiones vere rheu-
cae interdum observatae similitudinem na-
: utriusque morbi et neurilema, uti omnino
fibrosas, simul laborare satis probant.

Quae est sententia vulgaris de causa pro-
i morbi et, uti nobis videtur, optima
ue.

Alii aliam afferunt.

Sinogowitz [64]) universam perturbationem
nis polaritatis inter exhalationem exter-
et internam systematis vasorum peripheri-
m causam proximam morbi esse dicit.

Broussais [65]) theoriam suam de morbis hic
que protulit, gastro-enteritidem fundamen-
influentiae esse contendit, venaesectione
entiam curavit et hac cura adhibita nullum
otum mortuum esse dicit.

Bouillaud, [66]) influentiam bronchitidem

) Medic. Zeitung vom Verein für Heilk. in Preußen.
Jahrg. 1837. No. 16.
) Ebendaselbst No. 24.
Ebendaselbst.

leviorem esse dicit. Alii neurosin influentiam vocant.

§. 11.

Prognosis.

Morbus in universum benignus fuit, ita ut ipsius naturae ope sanaretur, plurimisque aegrotis nullum periculum afferret, neque valetudini bene restituendae ullum impedimentum objiceret. Homines bona valetudine gaudentes citius et certius e morbo restituti sunt, quam debiliores et valetudinarii. Quod ad modificationes morbi ex dispositione individuali prodeuntes adtinet, infantes semper gravius morbo correpti sunt, facillime eo, quod bronchitis in infantibus tenerioribus aut illum gradum attigit, quo hydrocephalus secundarius vitam infestat, aut ad vesiculas pulmonales progressa est, et bronchopneumoniam aut facillime anginam membranaceam adduxit aut cum ea conjunxit, quae conjunctio fere semper exitum letalem timeri jussit. Item in senibus, cachecticis et potatoribus morbus semper majoris momenti fuit, qua de re jam supra diximus. Qui morbo chronico, praesertim pulmonum, laborarunt, influentia accedente aut statim mortui sunt aut exitus funestus citior redditus est. Qui dispositione ad phthisin pulmonalem laborarunt, in iis facillime influentia phthisis maturari potuit. Memoratu dignum adhuc est, hydropicos magno in periculo fuisse, non propter influentiam, sed propter degenerationes ex influentia prodeuntes. Sic unum ex pleuritide occulta et hydrothorace, alterum ex peritonaeitide mori vidimus. Quae res

eſt nova, nam non ſolum in epidemia hujus , ſed etiam in aliis ſaepius obſervata eſt. d ad prognoſin adtinet aliarum modificatio- et degenarationum, de hac jam ſuo loco tum opus erat, locuti ſumus.

§. 12.

Therapia.

Naturam in influentia curanda permultum ce, jam diximus; tamen adhuc notandum putamus, influentiam uti morbum ſpecifi- certum decurſum ſemper facere, ſpatium in anguſtum quidem cogi, tamen non plane cidi poſſe.

Primum medici eſt praecavere, ne in morbum ant. Remedia hanc ob rem adhibenda ſunt: piratio corporis conſervanda, curandum, edes perfrigescant, potione utendum larga, n nec calida, nec excitante, purgantibus mi- bus, temperantia in cibis conſumendis, fre- ti motu et quidem activo ſub divo, viciſſi- nes tamen aeris vitandae, haud minus aer tinus et veſpertinus aerque frigidus et ſic- ne perfrigeſcant, tum veſtimenta ſpiſſa enda, cavendumque ne contagium accipia- convictus cum aegrotis vitandi. Auctore thuiſen in plethoricis robuſtis venaeſectio ica et ſub initium morbi Helleborismus uti- ſt [67]). Num haec remedia re vera prophy-

i. e. ein mäßiger Gebrauch von 12 Theilen gepülverter Schwerdtlilienwurzel mit 1 Theile vom Pulver der Wurzel des weißen Veratrums, täglich viermal eine Priſe, um vorläufig dem Schleim aus den obern Luftwegen Bahn zu machen, damit der Kopf beim Ausbruch nicht ſo heftig angegriffen werde.

lactica ſint, in medio relinquo, nam multi homines, etiamſi optime ſe habent, tamen morbo tentantur. Homines, qui conclave non reliquerant, qui jam morbo chronico laborantes lecto affixi erant, tamen morbo correpti ſunt. Quod adtinet ad morbi curam atque medelam, medici eſt:

Cauſas removere. Quum autem cauſae praetereant, objectum curae fieri non poſſunt. Tum morbum pro ipſius indole atque natura aggredi; tertio ſanitatis reſtitutionem adjuvare, quarto morbi modificationes pro indole reſpicere et degenerationes avertere nec non curare; deinde ſymptomata nimis moleſta levare et tollere; denique ſequelas morbi tollere.

Quod adtinet ad naturam morbi, morbus levioris gradus nullo artis auxilio indiget, natura ſola, ſi aptum regimen et commoda diaeta obſervatur, eum tollit. Medici ſolum eſt, degenerationes impedire. Sufficit ſtrenua diaeta, aer conclavis aequaliter tepidus; aegrotus eſt in conclavi aut, ſi mavis, in lecto tenendus, alimenta calida, valde nutrientia, ſpirituoſa ſunt vitanda, leviora, demulcentia, tepida commendanda, ex. gr. decoctum avenae excorticatae.

In gradibus vehementioribus morbi febris, ſi adhuc characterem ſthenicum ſervat, curationem antiphlogiſticam et refrigerantem, ſatur. Kali carb. c. ſucc. citr., Kali nitr. min. doſ., Ammon. muriat., quibus remediis in univerſum affectio quoque ſubinflammatoria tunicarum mucoſarum adjuvatur, poſtulat.

Quod ad affectionum localium curam adtinet, haec pro ſede variis modis differt. In tracheitide, laryngitide et bronchitide contra ſub-

ımmationem tunicae mucoſae remedia jam
·a laudata antiphlogiſtica leviora bene agunt;
:terea remedia demulcentia, mucilaginoſa,
)ctum avenae excorticatae tepidum, ſi pla-
cum ſucco citri, emulſ. ſemin. Papav.; con-
nervorum paſſionem narcotica ſic dicta fri-
, veluti Hyoscyamus, Acid. hydrocyan. of-
Aqu. Lauroceraſ. efficaciſſima ſunt.

Ubi tuſſis pertinax eſt et formam tuſſis con-
ivae uſurpat, praeter jam laudata remedia
otica Opium, Tatar. ſtib. majore et refracta
adhibitus, ſi magis ad decurſum chronicum
nat, pilulae ſic dictae Heimianae, veſican-
c ſinapismi optimum habent effectum. Gra-
:s graviſſimis tuſſis Ammonium muriat. et
um cum remediis ſopientibus et involven-
s reſpondet.

Affectio tunicae mucoſae tractus alim., ſi
cum morbo gaſtrico ſe conjungit, vomitus
omituritiones, anorexia remediis, quae ten-
em ſpaſticam exaequant, pulvere aerophoro,
·. Kal. carb. cum narcotici minori doſi, Op.,
Laurocer., veſicatoriis in ſcrobiculum ap-
.tis optime depelluntur.

Quod ad ſpecificam morbi cauſam adtinet,
n omnibus aliis morbis ex cauſa ſpecifica
euntibus, natura ipſa haec tollitur et ars
ner reſpicere debet, morbum decurſum cer-
facere.

Si morbus in veram inflammationem trans-
ninatur, ſanguinis detractiones aut locales
ıniverſales et remedia antiphlogiſtica for-
, Kali nitr. c. narcot. adhibenda ſunt.

Convaleſcentia nullam poſcit curam, niſi
tiones morboſae relictae ſunt. Cavendum

eſt, ne aegrotus iterum perfrigeſcat. Inflammationes, quae ex influentia prodeunt, pro indole et natura et ſede ſunt tractandae. In omnibus fere epidemiis controverſia fuit, num ſanguis eſſet detrahendus an non; nam venaeſectionibus morbum retardari et in aſtheniam verti dicunt. Omnino quidem concedendum eſt, ſanguinis detractiones in influentia cum cautione adhibendas eſſe, nam morbus jam per ſe facillime ad aſtheniam tendit. Sanguinis tamen detractiones tantum in illis caſibus ſunt vitandi, ubi omnis inflammatio abeſt aut inflammatio ſolummodo minore gradu adeſt; ſin vero inflammatio vera alicujus organi, praecipue organi reſpirationis, adeſt, inflammatio, quae ſaepiſſime quaſi ſubrepit et medico ex improviſo atque inopinata accidit, tum ſanguinis detractiones non ſolum non nocent, ſed e contrario eas adhiberi neceſſ eſt. Hae inflammationes eo fortiorem curam antiphlogiſticam poſtulant, quo majoris momenti ad totum proceſſum vitalem organon affectum eſt. Sinapismi et veſicantia, Tartarus ſtibiatus, (remedium efficaciſſimum), Calomelas ſine ſanguinis detractione antea adhibita morbum ſanare non poſſunt, quamquam, ſi vis inflammationis jam fracta eſt, optimum effectum habere poſſunt et vero habent. Semper tamen in curanda inflammatione in characterem ejus et individualitatem aegroti eſt reſpiciendum.

Affectio inflammatoria tunicae mucoſae tract. alim. et ex hac febris aſthenica prodiens ſecundum regulas generales eſt tractanda. Quod ad curam diphtheritidis pertinet, primo affectio localis, tum morbus univerſalis reſpiciendus eſt. Contra affectionem localem litus oris ex Melle

:o cum Borace aut Acido muriatico, ſolu-
e Chloreti Calcariae bene agunt. Contra fe-
n, ſi levior eſt, ſatur. Kal. carb. cum Borace,
cipue balneum tepidum; ſi vires valde col-
ae ſunt, Camphora per os aut anum; ſi ad
acterem putridum inclinat febris, China
acidis aut Chininum optima ſunt remedia.
Inter ſequelas morbi blennorrhoea pulmo-
, quae ſaepius poſt morbum remanet, prae-
e eſt reſpicienda. Ammonium muriat.,
um, Lichen islandicus bene agunt.
Haec blennorrhoea eo magis eſt reſpicienda,
d facillime in individuis, qui dispoſitionem
am habent, in phthiſin transire poteſt. Prae-
a indigeſtio poſt morbum remanens reme-
aromatico-amaris, praecipue China; ſi ſta-
ſubinflammatorius tunicae mucoſae adeſt,
monio muriat. etc. eſt tollenda.

VITA.

Ego, *Carolus Theophilus Koehler*, patre venerando *Joanne Augusto Koehlero*, caupone, matre dilectissima *Charlotta*, e gente *Klebergiana*, quos superstites summum numen adhuc servavit, oriundus, ecclesiae evangelicae addictus, Lubbenae, oppido Lusatiae inferioris pridie Idus Januarias anni MDCCCXIV natus sum. Primis literarum elementis domi imbutus sum. Duodecim annos natus in Gymnasium perillustre, quod Luccaviae Directore *M. Lehmanno*, nunc jam defuncto, floruit, receptus sum et tempore autumnali anni MDCCCXXXIII, annis septem praeterlapsis examine pro maturitate feliciter superato almam Gryphicam musarum sedem petivi. Ab rectore Magnifico Ill. *Barkow* in civium academicorum numerum receptus, apud medicorum ordinis t. t. decanum maxime spectabilem Ill. *Seifert* nomen professus sum.

Scholae et philosophorum et medicorum, quibus interfui, hae sunt:

Introductionem in chemiam, chemiam theoretico-practicam, mineralogiam, chemiam physiologicam me edocuit Ill. *Hünefeld*; examinatorium de rebus chemicis moderantem Eundem audivi; — Logicen me edocuit Ill. *Erichson*; — Psychologiam, isagogen in universam philosophiam, historiam philosophiae Ill. *Stiedenroth*; — historiam naturalem universalem et botanicen generalem Ill. *Hornschuch*; Ejusdem demonstrationes corporum naturalium in museo zoologico, excursiones botanicas et demonstrationes plantarum in horto botanico frequentavi; — Physicen experimentalem me edocuit Ill. *Tillberg*; — Osteologiam et syndesmologiam, angiologiam, neurologiam et splanchnologiam Clar. *Laurer*; — Anatomiam corporis humani nec non artem cadaverum rite dissecandorum, physiologiam, anatomiam comparatam et pathologicam Ill. *Schultze*; — Encyclopaediam et methodologiam, therapiam generalem, materiam chirurgicam, doctrinam de ossium fracturis et luxationibus, ophthalmiatricen Clar. *Kneip*; conversatorio chirurgico ab

‑m habito interfui; — Pathologiam generalem, ſe-
.cen, materiam medicam, methodum formulas me-
concinnandi, artem faſcias rite alligandi, medici-
forenſem, chirurgiae ſpecialis partem priorem Ill.
rt; — Chirurgiae ſpecialis partem alteram, chirur-
generalem Ill *Mandt*; — Therapiam generalem,
ologiam et therapiam ſpecialem, artem obſtetriciam,
ologiam et therapiam morborum pſychicorum, do-
am de morbis infantum nec non de cholera orien-
ll. *Berndt*; — Operationes chirurgicas mihi demon-
it Clar. *Biel*.

In clinico medico et obſtetricio dux mihi exſtitit
Berndt, nec minus converſatorio clinico ab Eodem
atino inſtituto interfui; praeterea operationibus chi-
cis in cadaveribus inſtitutis uſus ſum ducibus Ill.
dt et Cel. *Laurer* nec non Cel. *Kneip*. In clinico
rgico et ophthalmiatrico dux mihi fuit Cel. *Kneip*.
us viris omnibus quam maxime de me meritis gra-
agere maximas valde juvat, ſemperque eorum me-
am pio gratoque animo ſervabo.

Sed facere non poſſum, quin animo pio gratoque
tear, ante alios omnes Ill. *Berndt* me ſingulari fa-
amplexum eſſe, quem eo declaravit, quod mihi
entis munus non ſolum in noſocomio clinico in di-
um annum, ſed etiam poſtea clinici medici et obſte-
demandaret per decem menſes, ita ut optima
is medicae excolendae mihi daretur occaſio. Atque
icam quod res eſt, quum paterno quaſi amore me
devinxerit atque quam plurima beneficia in me con-
it et quotidie adhuc conferat, ut vix ac ne vix
em verba invenire poſſim, quibus gratias meritas
, nedum gratiam, ut par eſt, referam; nihil aliud
t, niſi ut enixe eum rogem, ut gratum meum ani-
, quem publice profiteor, benigna fronte accipere
laceat.

Nunc vero tentaminibus et philoſophico et me-
nec non examine rigoroſo rite peractis, ſpero fore
iſſertatione theſibusque publice defenſis ſummi in
cina, chirurgia nec non arte obſtetricia honores
concedantur.

THESES DEFENDENDAE.

I.

Quamdiu vitae rationem internam explicare non possumus, idonea etiam morbi definitione carebimus.

II.

Sudor, urina aliaeque evacuationes, quas criticas vocant, nil nisi peractae crisis testes sunt.

III.

Tracheotomia in angina membranacea anceps prorsus remedium.

IV.

Faciei semiotice magni est momenti.

V.

Medicus naturae minister.

VI.

Abscessus sine praegressa inflammatione nunquam potest existere.